

*Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.*

### I. Übersetzung

1     Conscius sum mihi, quantum mediocritate valui, quaeque antea scierim quaeque  
2     operis huiusce gratia potuerim inquirere, candide me atque simpliciter in notitiam  
eorum,  
3     si qui forte cognoscere voluissent, protulisse. atque id viro bono satis est, docuisse quod  
4     scierit. vereor tamen, ne aut magna nimium videar exigere, qui eundem virum bonum  
esse  
5     et dicendi peritum velim, aut multa, qui tot artibus in pueritia discendis morum quoque  
6     praecepta et scientiam iuris civilis praeter ea, quae de eloquentia tradebantur, adiecerim,  
7     qui que haec operi nostro necessaria esse crediderint, velut moram rei perhorrescant et  
8     desperent ante experimentum. qui primum renuntient sibi, quanta sit humani ingeni vis,  
9     quam potens efficiendi quae velit, cum maria transire, siderum cursus numerosque  
10    cognoscere, mundum ipsum paene dimetiri minores, sed difficiliores artes potuerint.  
11    tum cogitent, quantam rem petant quamque nullus sit hoc proposito praemio labor  
12    recusandus. quod si mente conceperint, huic quoque persuasiōni facilis accident, ut  
13    ipsum iter neque in pervium neque saltem durum putent. nam id, quod prius quodque  
14    maius est, ut boni viri simus, voluntate maxime constat: quam qui vera fide induerit,  
15    facile easdem, quae virtutem docent, artis accipiet. neque enim aut tam perplexa aut tam  
16    numerosa sunt quae praemuniuntur, ut non paucorum admodum annorum intentione  
17    discantur. longam eam facit operam, quod repugnamus: brevis est institutio vitae  
18    honestae beataeque, si cedas naturae, natura enim nos ad mentem optimam genuit,  
19    adeoque discere meliora volentibus promptum est, ut vere intuenti mirum sit illud  
magis,  
20    malos esse tam multos. nam ut aqua piscibus, ut sicca terrenis, circumfusus nobis  
spiritus  
21    volucribus convenit, ita certe facilis esse oportebat secundum naturam quam contra  
eam  
22    vivere. cetera vero, etiam si aetatem nostram non spatio senectutis, sed tempore  
23    adulescentiae metiamur, abunde multos ad discendum annos habent: omnia enim  
breviora  
24    reddet ordo et ratio et modus.

### II. Sprachliche Erläuterungen

1. Definieren Sie den römischen **vir bonus**.
2. Erläutern Sie Herkunft und Bedeutung des **secundum naturam vivere**.
3. Aus welcher Zeit und von welchem Autor stammt dieser Text?